



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum debeat esse maior dolor de vno peccato, quam de alio? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

pter peccatum : quia quilibet peccator non aeterna , sed etiam temporali morte dignus est tamen volebat sibi oculos cœcare .

Ad secundum dicendum , quòd ratio illa procedit de dolore , qui est in ratione . Tertia autem procedit de dolore sensitivæ partis .

ARTIC. III.

Virum debeat esse maior dolor de vno peccato quam de alio ?

12

Ad tertium sic proceditur . Videtur , quòd debeat esse maior dolor de vno peccato , de alio . Hieronymus enim collaudat Paulum hoc , quòd minima peccata sicut magna plangebat . Ergo non est magis dolendum de vno , quam de alio .

¶ 2 Præterea , Motus contritionis est subitus & remissior . Ergo contritio non debet esse maior de vno peccato , quam de alio .

¶ 3 Præterea , De peccato præcipue est contritio , secundum quòd à Deo auertit . Sed in auertendo omnia peccata mortalia conueniunt : quia omnia tollunt gratiam , qua anima Deo coniungitur . Ergo omnibus peccatis mortalibus æqualis debet esse contritio .

SED contra , Deut. 25 . dicitur , Secundum modum delicti , sic erit & plagarum modus . Sed in contritione peccatis plagæ commensurantur , quia contritio habet propositum satisfaciendi annexum . Ergo contritio magis debet esse de vno peccato , de alio .

¶ Præterea , De hoc debet homo conteri , debuit vitare . Sed homo debet magis vitare vnum peccatum , quam aliud : quia grauius est si necesse alterum faciendi incumberet . Ergo & similiter debet de vno (scilicet grauiori) magis , quam de alio dolere .

RESPONDEO dicendum , quòd de contritione simpliciter possumus loqui . Vno modo , secundum

* ut dictum est
q. 1. ar. 1

gillatim singulis peccatis responderet: & sic quan-
 tum ad dolorem superioris affectus, requiritur quòd
 e maiori peccato quis doleat magis: quia ratio do-
 ris est maior in vno quàm in alio, scilicet offensa
 dei: ex magis enim inordinato actu Deus magis of-
 fenditur. Similiter etiam cum maiori culpæ maior
 pena debeatur, etiam dolor sensitivæ partis, secun-
 dum quòd pro peccato, ex electione assumitur: quia
 pena peccati debet esse maior de maiori peccato.
 Secundum autem quòd ex impressione superioris ap-
 petitus nascitur in inferiori, attenditur quantitas do-
 ris secundum dispositionem partis inferioris ad re-
 piendam impressionem à superiori, & non secun-
 dum quantitatem peccati. Alio modo potest acci-
 deri contritio, secundum quòd est simul de omnibus
 peccatis, sicut in actu iustificationis. Et hæc quidem
 contritio, vel ex singulorum consideratione pecca-
 rum procedit: & sic quamvis sit actus vnus, tamen
 distinctio peccatorum virtute manet in ipso. Vel ad-
 minus habet propositum de singulis cogitandi an-
 tem: & sic etiam habitualiter est magis de vno,
 quàm de alio.

Ad primum ergo dicendum, quòd Paulus non lau-
 datur de hoc, quòd de omnibus peccatis doleret
 qualiter: sed quia de parvis peccatis tantum dole-
 at, ac si essent magna, per comparisonem ad alios,
 qui de peccatis dolent: sed ipse multo amplius de
 maioribus doluisset.

Ad secundum dicendum, quòd in illo contritionis
 actu subitaneo, quamvis actualiter distinctio inten-
 tionis, respondens diversis peccatis inueniri non pos-
 sit, tamen inuenitur ibi eo modo, sicut dictum est*:
 et etiam alio modo, secundum quòd singula peccata
 ordinem habent ad illud, de quo in illa contritio-
 ne generali contrito dolendum occurrit, scilicet of-
 fensam Dei. Qui enim aliquod totum appetit, vel
 diligit potius, etiam diligit partes eius, quamvis non
 actu. Et hoc modo, secundum quòd habent ordi-

*in corpore
 art.*

Supplementum. D nem